

mens. 8. qui nunc præest Ecclesiæ Dei verbi
bis Clementinæ ad literam prohiberet Re-
ligiosis Sacraenta prædicta ministrare, ve-
modo confirmaret prædictam Clementinam
expressè; non ob id diceretur abstulisse; aut
reuocasse priuilegia Sixti. 4. Nicolai. 5. Leo-
nis. 10. & Adriani. 6. quæ habent Religiosij
qui interris houiter conuetsorum habitant,
ad ministranda prædicta Sacramēta. Et quod
hec sic intelligentia Clementinæ declarat in
lectione eiusdem Ioannes de Imola num. 15
quando dicit, constitutionem non habere lo-
cum, vbi ex consuetudine vel priuilegio Sa-
craenta prædicta ministrantur. Et sic citat
Paulum dicentem [ut patet] extra de foro
competenti. capit. Cum contingat, de statu
Monachorum, Capi. Ne in agro. Sanè idem
Cardinalis Zabarella intelligit, & idem An-
charranus.

¶ Nolo hic disputare. An consuetudo
quam in hac Nova gente habent Religiosi
ministrandi Sacraenta, eis priuilegijs sup-
pleat vices, quam preualere circa illos qui
in Hospitalibus Religiosorum sunt, asserit
Ancharranus. Neq; vim facio in hoc, q; om-
nes Neophiti qui & fidei domestiç invocandi

Relig.